

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Nuclei evangelici pars festivalis

Trautmann, Samuel

Wittebergae, 1664

Oraculum sacrum XLVI.

[urn:nbn:de:bsz:31-160375](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160375)

Herz Jesu/ du hast mir solch Him-
melreich bereit/
Durch ungezeigte Noth/ durch To-
deslampff und Streit.

Ex Ev. Luc. XXII, 24. 25. 26.

Quid de primatu concertas impie Papa?

*Rex regat ense forum, dogmate Myste-
choram!*

ORACULUM SACRUM XLVI.

2. Tim. II, 4.

TEXTUS GRÆCUS SACER.

Οὐδεὶς στρατεύμενος ἐμπλέκει ταῖς τῆ
βίᾳ πραγματείαις, ἵνα τῷ στρατολόγησιν ἐ-
ρέσῃ.

Versio Vulgata.

Nemo militans DEo implicat se ne-
gotiis secularibus (victus) ut ei placeat,
qui se probavit (in militiam delegit)

Versio B. LUTHERI.

Kein Kriegermann sichtet sich in
Händel der Nahrung/ auff daß er ge-
falle/ dem/ der ihn angenommen.

NOTÆ.

N O T A.

1. Per τὰς πραγματίας, sic non potest intelligi conjugium, sequeretur enim omnes fideles ab usu conjugii arcendos esse, siquidem DEO & ipsi militant, certè debent Ephel. VI, II. & seqq. contra Bellarminum, qui per τὰς πραγματίας conjugium intelligit lib. I. de Cler. c. 19.

2. Nec vocabulum DEO in Græco textu habetur, ideo textui temerè non est addendum, contra versionem vulgatam, à qua tamen heic descendit Estius rectè ad hunc locum sic annotans: Vocabulum DEO non solum à Græcis & Syris Codicibus abest, verum nec in omnibus est Latinis, nec omninò huc pertinet, quemadmodum post alios doctè annotavit Robertus Bellarminus lib. I. de Roman. Pontif. c. II. Et quamvis apud Ambrosium, Pelagium, & Sedulium in textu scripta reperitur, ex ipsorum tamen commentariis satis adparet, ab iis agnitam non fuisse.

3. Hæc verba ad universos dicuntur Episcopos, uti hunc locum Theophylactus exponit. Nam Paulus Timotheo & omnibus Ecclesie ministris proponit exemplum militis in bello corporali strenuè laborantis & ita vult dicere: Quemadmodum miles politicus vitæ negotiis & curis quærendo victum, & ut quæstum faciat, ac opes magnas cumulet, non ita impli-

implicatur, ut propter hæc suam militiam negligat & stationem deserat, sed est contentus suo stipendio & inde vivit, a. si quid quærit aut curat, quærit & curat ita, ne negligat militiam semel susceptam: Ita miles Spiritualis vitæ negotiis & curis quærendo victum & ut quæstum faciat, ac opus magnas cumulet non ita debet implicari, ut propter hæc militiam negligat & stationem deserat, sed ita debet venari temporalia, ne spiritualia admittat, contra Pontificem Romanum, qui spirituales militationem negligit & negotia secularia curat, quem sequuntur Episcopi Sacrificuli & Monachi, qui ex pietate quæstum faciunt, & tantum de his solliciti sunt ut opes & potentiam augeant, & aultas retineant, parum solliciti de militia spirituali & propagatione doctrine salvificæ.

4. In Græco non est activum, sed passivum *ἐμπλέκεται* implicatur contra versionem vulgarem.

5. Verbum autem *ἐμπλέκεται* sollicitam in secularia immersionem significat, quo sensu accipitur 2. Petr. II, 20. Conjugium autem non est talis implicatio in seculares *πυγυατίας* si nim. juxta Apostoli præceptum ii qui habent uxores sunt, tanquam non habentes 1. Cor. VII.

VII, 29. *Quod agnoverunt Aquinas Erasmus Espen-*
caeus, & Justinianus contra sociennos.

6. Si non rectè militat miles politicus, qui se implicat negotiis secularibus multò minus rectè militabit miles Ecclesiasticus, qui se implicat negotiis secularibus *contra quosdam Pseudo-Theologos mercaturam, ut inde ditescant, exercentes.*

7. Verba *ἐπιλένεσθαι* Apostolus non vult miles profus vacet à negotiis hujus vitæ, nec quærat ea quæ ad vitam sibi, uxori, liberis & familiæ sunt necessaria, sed tantum præcipit ne miles Christi ita implicetur negotiis hujus seculi ut non possit præstare militis officium nec servare fidem Imperatori ad militiam datam *contra Monachos & Anabaptistas existimantes desertionem facultatum & officiorum in hac vitæ necessariam esse ad militiam Christi, nec bonos milites esse nisi qui suas facultates & officia deseruerint, aut in communem usum con-*
sulerint.

8. Apostolus h. l. bella legitima non improbat, sed potius adprobat simili eleganti desumptò à militibus, quo militibus Ecclesiasticis monstrat quomodo officio suo ita fungi debeant, ut placeant *τῷ στρατολογῶσθαι* ei à quo delecti sunt in militiam. E. Magistratui politico

tico licitum est bella gerere, contra Manicheos, Anabaptistas, Photinianos, Weigelianos & cum primis Leonem Papam, hoc loco Apostoli abtentem. Sic enim illic Epistola ad Rusticum 10. col. 92. de penitentia dist. 5. C. 3. *Contrarium, inquit, est omnino Ecclesiasticis regulis post penitentia actionem redire ad militiam secularem, quum Apostolus dicat: Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus. Unde non est libera aqveis Diaboli, qui se militia mundana voluerit implicare.*

ORACULUM SACRUM XLVII.

Matth. XVIII, 3. 4.

TEXTUS GRÆCUS SACER.

Διην λέγω υμῖν, εἰ μὴ στραφήτε καὶ γέρεσθε ὡς τὰ παιδία, ἢ μὴ εἰσελθῆτε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν ἁγῶν. Ὅστις ἂν ταπεινώσῃ ἑαυτὸν ὡς τὸ παιδίον τῆς ἐκκλησίας, ὁ μείζων ἐστὶν τῆς βασιλείας τῶν ἁγῶν.

Versio Vulgata.

Amen dico vobis, nisi conversi fueritis & efficiamini sicut parvuli non intrabitis in regnum cœlorum. **Quicumque**
ergo